

INTROIT Ps. 138: 17

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum. Ps. 138: 1-2 Dómine, probásti me et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam et resurrectionem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

COLLECT

Intervéniat pro nobis, quæsumus, Dómine, sanctus tuus Lucas Evangelísta: qui crucis mortificationem júgiter in suo córpore, pro tui nóminis honóre, portávit. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2. Cor. 8: 16-24

Fratres: Grátias ago Deo, qui dedit eandem sollicitúdinem pro vobis in corde Titi, quóniam exhortatiónem quidem suscepit: sed cum sollicitior esset, sua voluntáte proféctus est ad vos. Mísimus étiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangélio per omnes ecclésiás: non solum autem, sed et ordinátus est ab ecclésiis comes peregrinatiónis nostræ in hac grátiam, quæ étiam ministratur a nobis ad Dómini glóriam et destinátam voluntátem nostram: devitántes hoc, ne quis nos vitúperet in hac plenitúdine, quæ ministratur a nobis. Providémus enim bona non solum coram Deo, sed étiam coram homínibus. Mísimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probávimus in multis sæpe sollicitum esse: nunc autem multo sollicitiorem, confidéntia multa in vos, sive pro Tito, qui est sócius meus, et in vos adjútor, sive fratres nostri, Apóstoli ecclésiárum, glória Christi. Ostensiónem ergo, quæ est caritátis vestræ, et nostræ glóriæ pro vobis, in illos osténdite in fáciem ecclésiárum.

GRADUAL Ps. 18: 5, 2

In omnem terram exívit sonus eórum: et in fines orbis terræ verba eórum. V. Coeli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

LESSER ALLELUIA John 15: 16

Allelúja, allelúja. Ego vos elégi de mundo, ut eátis et fructum afferátis: et fructus vester máneat. Allelúja.

GOSPEL Luke 10: 1-9

In illo témpore: Designávit Dóminus et álios septuagínta duos: et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portáre sæculum neque peram neque calceaménta; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui: et si ibi fúerit fílius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edentes et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercede sua. Nolite transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

OFFERTORY Ps. 138: 17

Mihi autem nimis honoráti sunt amici tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

SECRET

Donis coeléstibus da nobis, quæsumus, Dómine, líbera tibi mente servíre: ut múnera quæ deférimus, interveniénte beáto Evangelísta tuo Luca, et medélam nobis operéntur et glóriam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE APOSTLES

Verè dignum et justum est, æquum et salutáre, Te Dómine supplicíter exoráre, ut gregem Tuum pastor ætérne, non déseras: sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectiõe custódiás. Ut ísdem rectóribus gubernétur, quos óperis Tui vicários eidem contulísti præéssé pastóres. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ Tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Matt. 19: 28

Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israël.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, quod de sancto altári tuo accépimus, précbibus beáti Evangelístæ tui Lucæ, sanctíficet ánimas nostras, per quod tuti esse póssimus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

To me thy friends, O God, are made exceedingly honorable: their principality is exceedingly strengthened. (Ps. 138: 1-2) Lord, thou hast proved me, and known me: thou hast known my sitting down and my rising up. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. To me thy friends, O God, are made exceedingly honorable: their principality is exceedingly strengthened.

May Luke, Thy holy evangelist, O Lord, we beseech Thee, intercede in our behalf, who for the honor of Thy name bore continually in his body the mortification of the cross. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I give thanks to God, Who hath given the same carefulness for you in the heart of Titus, for indeed he accepted the exhortation; but being more careful, of his own will he went unto you. We have sent also with him the brother, whose praise is in the gospel through all the churches; and not that only, but he was also ordained by the churches companion of our travels for this grace, which is administered by us to the glory of the Lord and our determined will: avoiding this, lest any man should blame us in this abundance which is administered by us; for we forecast what may be good, not only before God, but also before men. And we have sent with them our brother also, whom we have proved diligent in many things; but now much more diligent, with much confidence in you, either for Titus, who is my companion and fellow-laborer toward you, or our brethren the apostles of the churches, the glory of Christ. Wherefore show ye to them, in the sight of the churches, the evidence of your charity, and of our boasting on your behalf.

Their sound went forth into all the earth: and their words to the ends of the world. V. The Heavens show forth the glory of God; and the firmament declareth the works of His hands.

Alleluia, alleluia. V. (John 15: 16) I have chosen you out of the world, that you should go, and should bring forth fruit: and your fruit should remain. Alleluia.

At that time, The Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them, The harvest indeed is great, but the laborers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that He send laborers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say, Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the laborer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them, The kingdom of God is come nigh unto you.

To me Thy friends, O God, are exceedingly honorable; their principality is exceedingly strengthened.

By Thy celestial gifts grant us, we beseech Thee, O Lord, to serve Thee with willing hearts, that the offerings we bring may, through the intercession of blessed Luke, Thine evangelist, procure for us both our healing and our glory. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but, through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

You who have followed Me, shall sit upon seats, judging the twelve tribes of Israel.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that what we have received from Thy holy altar may, by the prayers of Thy blessed evangelist, Luke, sanctify our souls, whereby we may be made secure. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.